



SESSION 2014

## AGRÉGATION CONCOURS EXTERNE

### Section : LETTRES CLASSIQUES

#### VERSION LATINE

Durée : 4 heures

*Les dictionnaires latin-français Bornecque, Gaffiot (y compris la nouvelle édition 2000), Goelzer et Quicherat sont autorisés.*

*L'usage de tout ouvrage de référence, de tout autre dictionnaire et de tout matériel électronique (y compris la calculatrice) est rigoureusement interdit.*

*Dans le cas où un(e) candidat(e) repère ce qui lui semble être une erreur d'énoncé, il (elle) le signale très lisiblement sur sa copie, propose la correction et poursuit l'épreuve en conséquence.*

*De même, si cela vous conduit à formuler une ou plusieurs hypothèses, il vous est demandé de la (ou les) mentionner explicitement.*

**NB :** *La copie que vous rendrez ne devra, conformément au principe d'anonymat, comporter aucun signe distinctif, tel que nom, signature, origine, etc. Si le travail qui vous est demandé comporte notamment la rédaction d'un projet ou d'une note, vous devrez impérativement vous abstenir de signer ou de l'identifier.*

## Amour et dépossession

*La passion amoureuse, selon Lucrèce, conduit les hommes au malheur : ils n'y trouvent de plaisirs qu'illussoires et insatiables, ils y perdent leur âme comme leurs biens.*

Una res haec est, cuius quam plurima habemus,  
tam magis ardescit dira cuppedine pectus.  
Nam cibus atque umor membris adsumitur intus ;  
quae quoniam certas possunt obsidere partis,  
hoc facile expletur laticum frugumque cupido.  
Ex hominis uero facie pulchroque colore  
nil datur in corpus praeter simulacra fruendum  
tenuia ; quae uento spes raptast saepe misella.  
Ut bibere in somnis sitiens quom quaerit et umor  
non datur, ardorem qui membris stinguere possit,  
sed laticum simulacra petit frustraque laborat,  
in medioque sitit torrenti flumine potans :  
sic in amore Venus simulacris ludit amantis,  
nec satiare queunt spectando corpora coram,  
nec manibus quicquam teneris abradere membris  
possunt, errantes incerti corpore toto.

(...)

Adde quod absument uiris pereuntque labore,  
adde quod alterius sub nutu degitur aetas.  
Labitur interea res et Babylonia fiunt,  
languent officia atque aegrotat fama uacillans.  
Unguenta et pulchra in pedibus Sicyonia rident  
scilicet et grandes uiridi cum luce zmaragdi  
auro includuntur, teriturque thalassina uestis  
adsidue, et Veneris sudorem exercita potat.  
Et bene parta patrum fiunt anademata, mitrae,  
interdum in pallam atque Alidensia Ciaque uertunt.  
Eximia ueste et uictu conuiuia, ludi,  
pocula crebra, unguenta, coronae, serta parantur ;  
nequiquam, quoniam medio de fonte leporum  
surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat,  
aut cum conscius ipse animus se forte remordet  
desidiose agere aetatem lustrisque perire,  
aut quod in ambiguo uerbum iaculata reliquit,  
quod cupido adfixum cordi uiuescit ut ignis,  
aut nimium iactare oculos aliumue tueri  
quod putat, in uoltuque uidet uestigia risus.  
Atque in amore mala haec proprio summeque secundo  
inueniuntur ; in aduerso uero atque inopi sunt,  
prendere quae possis oculorum lumine operto,  
innumerabilia ; ut melius uigilare sit ante,  
qua docui ratione, cauereque ne inliiaris.

LUCRÈCE